

Differet. miscell.
vol. 51. 5.IX.33



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-386558-p0004-7

DFG

Diff. misc. 61

(VI 215)

Scripta publica Vitebergensia. 1596 - 1764

1. Engels, Engelb.: ecclesia 1596
2. Tillemon Sob.: de metioris 1611
3. Ewenius, Sig.: de virt. principiis 1612
4. " de fortitudine "
5. Glunnius, Nic.: de signis 1617
6. Kirleimus, Val.: Decas 1625
7. Martini, Jakob: Infirmatio 1629
8. Scharf, Joh.: praescientia 1648
9. " Responsio 1649
10. " de conversione 1652
11. Werdeler, Mich.: de imperio 1655
12. " de rep. tunica "
13. Meissner, Joh.: Synopsis 1656
14. Werdeler, Mich.: de imperio 1657
15. Deubelmann, Joh.: Vindiciae .
16. Quenstedt, J. A.: de passione 1658
17. " Passio "
18. Strauch, Aegidius: Pentas 1660
19. " Ius 1663
20. Waedtler, Jakob: de oligarchia 1666
21. Zentgraff, Joh. Jo.: de interregno 1668
22. Fugmann, J. C.: de statibus 1671
23. " philosophia 1676
24. Calovius, Abt.: Collegium. 1679
25. Graun, Kaspar. Abt.: Causas 1680
26. Pechius, Joh.: Mortum 1685
27. Eilmar, Gg. Chr.: Valorem 1687
28. Wernsdorf, Gottl.: Quid libet 1702
29. Chladenius, Mag.: Stadium 1720
30. Schommer, J. F.: de Jesuitis 1723



Hennmann, Dr. : *St. Gallus Grammaticus*



7011 1655

11
1655.

DISPUTATIO POLITICA
POSTERIOR
DE

Quatuor summis & præcipuis orbis terrarum Imperiis,

Quam
PRÆSIDE
MICHAELE WENDELERO,
Doct. & Profess. Publ.

publicè proponit
M. SAMUEL HENTSCHEL,
LESNENSIS,

*ad diem XXII. Septembr.
Horis matutinis, in Auditorio majori.*

WITTEBERGÆ,
Typis JOBI WILHELMI FINCELII.
Anno M DC LV.

DISPUTATIO POLITICA
POSTERIORIS
DE
Quintus Ylliensis
et Dioclesianopis collectione
impresso
PARVIZIO
E. M. M. M. T. R. O.
SUMPTUOSISSIMA
ET PRECIOSISSIMA



Continuatio thesium de quatuor summis &
principiis orbis terrarum imperiis, offerens Bodin
m & Calvinistarum doctrinam, nostra
oppositam, una cum modestâ
refutatione.

THESES. I.

DE Babylonico, Persico & Græco imperiis Danielis, Prophetam, in Oraculis suis vaticinatum fuisse, nemo, quartum ego scio, unquam negavit. De sola quartâ Monarchiâ controversia est orta, primûm à Porphyrio, Siculo Philosopho, mota, & nostro demum seculo non tantum à Johanne Bodino, Gallo, sed quoque ab omnibus fermè reformatæ religionis Doctoribus, paululum tantum interpolata, in proscenium iterum protracta. Franciscum Junium intelligo, Imanuelem Tremellium, Amandum Polanum, Jodocum Naum, Christophorum Pezelium & alios plures. His ad numero non neminem, in vicinâ Academiâ publicè docentem, qui de eâdem materiâ tractatum quendam, in qua eandem sententiam tuetur, proximè edidit.

2. Porphyrius, uti apud Theodoretum Sermon 1, de Gracarum affectionum curatione describitur, Philosophus fuit, Plotini, Platonici ejusdam, discipulus. Scripsit hic quindecim libros contra Christianos: ex quibus duodecimum, ut refert Hieronymus, Danieli opposuit, omnibus viribus id agens, ut probet, Danieli

A 2 nielma

nielum hujus prophetiae nō esse auctorem, sed Judæum quendam.

3. *Porphyrium* fuisse mentitum, ex *Josepho lib. II. antiquit. Judaic. c. 8.* liquet. Ejusdem autoris vesanis conatibus, quām primum ebullierant, *Martyr Methodius, Eusebius Casariensis, & Apollinarius Laodicensis*, viri doctissimi, restiterunt masculè. Cumque postea *Celsus*, quidam ex *Epicuri* scholà Philosophus, *Danielem* iterum denigrare vellet, mox ille ab *Origene* repressus fuit octo libris, contra *Celsum* adornatis.

4. *Porphyrii* autem sententia de quarto regno *Danielis* fuit, quodd eo non Romana Monarchia, sed ducum *Alexandri Magni*, qui post ejusdem obitum rerum sunt potiti, dynastia designetur. Nam sic de *Porphyrio Hieronymus*: *Porphyrius* duas posteriores bestias *Macedonum & Romanorum*, in uno *Macedonum Regno* ponit & dividit: *Pardum* volens intelligi ipsum *Alexandrum*, bestiam autem dissimilem cateris bestiis quatuor *Alexandri* successores; & deinde usque ad *Antiochum*, cognomento *Epiphanem*, decem reges enumerat, qui fuerunt sevissimi, ipsosque reges non unius ponit regni, verbi gratiâ, *Macedonia, Syria, Asia & Aegypti*, sed de diversis regnis unum efficit regum ordinem, ut vide licet ea, qva scripta sunt, os loquens ingentia, non de *AntiChristo*, sed de *Antiocho* dicta credantur.

5. *Theodoretus* eandem opinionem recitat, & doctè refutat. *Ego*, inquit, in p̄senti, om̄sī *Judaorum accusatione*, vehementer admiror, quosdam pietatis Magistros quartam bestiam vocasse regnum *Macedonicum*. Oportuit enim eos considerare, tertiam bestiam, quatuor habuisse capita, quod apertè indicabat, post *Alexandri*

xandri obitum quadripartitam regni divisionem. Deinde animadverrendura erat, & quartam bestiam eodem tempore decem habuissa cornua, & parvum cornu priora tria cornua radicibus evulsisse, & quatuor, & non decem reges Alexandri, regnum excepisse. Et ut alius omisssis ad finem perveniam, illud etiam simul inspiciendum erat, dixisse Prophetam, post quartam bestia interitum Sanctis altissimi hoc regnum traditumiri. Hucusque verba Theodoreti.

6. Porphyrii sententiam, diu silentio involutam, resuscitavit anno 1566. in Galliâ Bodinus, editâ Methodo Historica, Basileæ excusâ; in quâ hanc nostram de quatuor imperiis sententiam cap.7. pag. mihi 298. vocat inveteratum errorem, ac magnorum virorum opinione per vulgatum. Eâdem pagina habet hæc verba: Non video, quemadmodum belias & statuam Danielis ad ea, que nunc ubique florent, queque tot seculis floruerunt, imperia traducamus. Tandem p.303. concludit: Cum verò interpres ipse Daniel sibi oraculi plures belias, plura quoque beluarum cornua interpretatur, quid vetat, quid minus ad Alexandri Magni successores & ea que illuc floruerunt imperia referantur? nihil tamen in rebus tânis abditis & obscuris affirmare ausim.

7. Bodinum sequuntur Franciscus Junius & Immanuel Tremellius, Calvinistæ, in Biblis Latinis recens ex Hebræo factis, brevibusque scholiis, evulgatis. Scholio 54. ad comma 44. capituli secundi Danielis inquit: Quartum hoc genus imperii quam varie interpretentur multi, nemo est qui nesciat. Idem in eodem scholio: Quamobrem illud iudicio nostro minimè probandum est, quod regnum hoc quartum dicitur esse imperium Romanorum. Tandem in eodem scholio con-

A 3 cludit:

cludit: Est igitur hoc regnum, scilicet quartum, dominatus in Iudeam, quam, eversa Alexandri magni Monarchia, Reges Asie minoris, Syria & Aegypti obtinuerunt durante Seleucidarum regno, quibus premium per vices fuit Iudea victoribus. Eodem modo explicant v.7. capituli septimi Danielis, scilicet bestiam quartam esse typum regni Asiatici, quod regnum Seleucidarum dixerunt historicci.

8. Uterque longè confidentior est ipso Bodino. Nam hic in oraculis Danielis interpretandis mavult dicere, non liquet, quām temerē aliquid certi definire. Franciscus autem Junius cum suo Tremellio plane statuit, regnum quartum esse dominatum in Iudeam, quem, eversa Alexandri M. Monarchiā, reges Asie minoris, Syriae & Aegypti obtinuerunt, durante Seleucidarum regno, & nullo modo probandum esse audacter scribunt, quōd regum hoc quartum dicatur esse imperium Romanorum.

9. Anno 1599. edidit suum in Danielē Commentarium Amandus Polanus; in quo collegit omnia argumenta, quibus utuntur haud pauci, Romanorum imperio valdē iniqui scriptores, contra receptam opinionem, iisdemque omnibus viribus conatur demonstrare, quōd quartum Danielis regnum de Romanā Monarchiā, ad finem mundi duraturā, accipi nō possit; sed de Leucidarum & Lagidarum regno, qui, eam ditionem, quam prius tenuerat Nebucadnezar, inter se partiti erant, explicandum sit.

10. De his autoribus, scilicet Tremellio, Junio & Polano, quid statendum sit, id Martinus Titius, ex quo in his duab⁹ disputationib⁹ plurima decerpsti, nobis appetit. Is. n. in discursū de quarto regno Danielis Halberstadi

Itadi anno 1629. excuso pag. 8. hac de re ita scribit: Cum
me totum electioni pagellarum Junii, Tremellii & Polani in-
volverem, in eas angustias redactus sum, ut argumentorum
illorum vi & pondere ferè fractus vobementer dubitare in-
ceperim, utra opinionum verior? & parum aberat, quin
relictæ & prorsus abiectæ, quam ab adolescentiâ mea imbi-
beram, vetere illâ, novam banc amplexus suissem expositi-
onem, eo precipuo commotus argumento, quod ex fine, sco-
po atq; intentione Prophete potissimum autores eius deda-
xerant.

ii. Eandem sententiam tueretur Christopherus Peze-
lius, Scholæ Bremensis Rector, in Mellificio historicō, anno
1602. publicato. Nam pag. 388. editionis à Lampadio cura-
ta, Schleidanum reprehendit, quatuor rationibus, ex
Junio & Polano desumptis, subnixus, quod parum nec
satis consideratè scribat, Danielē in somni Nebucad-
nezaris quartā Monarchiā ad Romanū respexisse
imperium.

12. His omnibus addimus Piscatorem, famo-
sum Calvinistarum doctorem. Hic enim Commen-
tario Biblico super Danielē p. 380. Scb. 40. eodem plane
modo per quartum regnum intelligit successores Ale-
xandri Magni in minore Asia, Syria & Ægypto. Paginā
eadem observatione 19. dicit: Ex v. 34. 35. & 44.
probari potest, quartum regnum, de quo in hoc capi-
te sermo habetur, non esse, ut multi putant, intelligen-
dum de imperio Romano, quod inde quartam Monar-
chiam nominant. Nam quum in terris exortum est re-
gnum Christi, tot amque terram replevit: tūm quartum
illud regnum interiit, ut testantur verba istorum ver-
saum. At quum regnum Christi in terris exortum
est, rotundę terram replevit, Romanum imperium non
interiit,

interiit, sed abduc diu duravit, teste bistoria. Ergè regnum illud quartum non est imperium Romanum.

13. Plura, si opus esset, testimonia citare possemus. Cùm autem autores fermè omnes eisdem rationes urgeant; ideoque, argumentis unius prostratis, reliquorum quoque rationes succumbant necesse est. Quia verò Polanus (*cuius suspendam eruditio-*
nem, inquit Titius, multoties demiratus sum) & plura & potissima, quæ opponi possunt, ut suprà audivimus, collegit; hinc ejus vestigia sequemur, & rationes, quas urget, examinabimus ordine, easque modestè.

14. *Quarta imaginis pars*, ait p. 104. in editione Basileæ excusà, de Romana Monarchia, ad consummationem usque seculi duraturà non potest accipi: i. quia repugnat interpretatio Danielis, ex quâ constat sub finem huius quarti regni Christum venturum fuisse, qui regnum erigeret in toto mundo duraturum in eternum, intereuntibus prorsas regnis illis, quæ per imaginem fuerunt figuratae. At Christus non venit sub finem Romane Monarchie. Deinde Monarchia Romana non est abolita adventu Christi, sed tunc demum florere cepit, ac sub Trajano demum latissime paruit, neque antea maior extitit, & postea demum est imminuta, ut videre est ex Apiano & Sexto Rufo, qui Trajani temporibus scripserunt. Excipi potest: Verba Danielis de ultimo adventu Christi, qui erit ad judicium, intelligenda esse. Respondeo: Minime. Nam sic lapis ille de monte vemens minimum posset crescere, & totum terrarum orbem implere; que verba omnino sunt accipienda de regno Christi, quod à tenuissimis inititis inchoatum paulatim tantos progressus habuit, ut brevi in tototerrarum orbe erigeretur.

15. Ex his Polani verbis duos extruimus Syllogismos.

mos. Primus est hic: *Sub cuius regni finem non venit Christus, illud non est quartum regnum Danielis cap. 2.* Nam sub finem hujus imperii Christus venire debuit. Sed *sub Romanorum regni finem non venit Christus.* Ergo Romanorum regnum non est quartum regnum Danielis.

16. Dicimus, hoc Polani argumentum falso nisi fundamento, quod sub finem quarti regni Christus debuerit venire. Hoc enim in Daniele non extat. In diebus, dicit Daniel, regnum istorum, hoc est, temporibus regum istorum, qui quartum regnum possessuri erant, ipso Polano interprete, pag. 114. suscitabit Deus cœli regnum, quod in secula non destruetur.

17. Ex quibus verbis contra Polanum ita colligimus: *In quorum regum temporibus Deus cœli regnum suscitabit, quod in secula non destruetur, illud est quartum regnum Danielis.* Sed in temporibus regum Romanorum, non Seleucidarum & Lagidarum, Deus cœli regnum suscitavit, quod in secula non destruetur, Christi scilicet regnum. Christus enim natus fuit sub Augusto, secundo Romanorum Monarchâ, cum Syriâ in provinciam Romanam per Pompeium M. redactâ, Seleucidarum regnum desisset esse regnum; id quod fatetur Polanus. Ergo regnum Romanorum, & non Seleucidarum, est quartum illud regnum, cuius Daniel cap. 2. meninit.

18. Porro ex hypothesi Polani ita concludimus: *Sub cuius regni finem Christus non venit, illud non est quarta Monarchia.* Nam, secundum principium Polani, Christus sub finem regni quarti venire debuit. Sed sub finem regni Seleucidarum & Lagidarum

darum Christus non venit. Christus enim natus fuit, ut Scaliger & Calvisius, clarissimi Chronologi, docent, anno mundi 3947. regnum autem Seleucidarum interiit anno mundi 3886. ante nativitatem Christi annis 62. cum Syria à Pompeio in provinciam esset redacta, ac anno sequente Hierosolyma ab eodem duce obsidione cingeretur. Lagidarum autem regnum deletur anno mundi 3920. ante Christum natum 28. cùm Antonio & Cleopatra, ultimâ ex Lagidarum familia, sublati, Augustus Agyptum in provinciam redigeret, & Lagidae imperascent annis 283. Ergò sub finem regni Seleucidarum & Lagidarum Christus non venit.

19. Alter Polani Syllogismus potest esse talis: Illud est quartum regnum apud Danielē, quod aduentū Christi aboletur. Sed Romanum regnum non aboletur aduentū Christi. Ergò Romanum regnum non est quartum regnum apud Danielē. Ratio, quā minorem probat, Polani est, pag. 104. quod lapis ille de monte veniens non posset crescere, & totum terrarum orbem implere. Hinc concludit: Ergò hec verba omnino sunt accipienda de regno Christi, quod à tenuissimis initius inchoatum paulatim canus progressus habuit, ut brevi in toto terrarum orbe erigeretur.

20. Clariū explicat eandem rationem pag. 114. Suscitabit Deus regnum, id est, (explicatio Polani) à tenuissimis principiis auspicabitur, ex humilibus exordiis eriget, & quasi ex loco abiectissimo evehet. Nam & Christus est virgula illa, que ex trunko Ihsai succiso prodidit, & surculus, qui è radicibus eius effloruit, Isa. 11. v. 1. id est, natus è regia stirpe, que tunc principatum omnem amiserat, & existinta tota videbatur. Et Eccle-

se

sia initia fuerunt perquam tenuia & exigua, cum Christum paucissimi admodum ex Judaeis agnoscerent, nimirum Maria, mater eius, Iosephus, Pafiores, Zacharias, Elisabeth, Simon, Anna &c.

21. Hoc lubricum Polani fundamentum comovit Martinum Titium, non infelicem Polani refutatorem, ut praesentem Danielis locum de adventu Christi in carnem tantum interpretaretur. Ita enim pag. 15. scribit: Exceptio, quam Polanus diluit, nostra non est. Fatemur ipsi, Danielem de adventu Christi pri-
no in carnem vaticinatum fuisse. Quicunque verò Da-
nielem de adventu Christi ad judicium cum Tertullia-
no & Theodoreto exponunt, refutantur eruditè Polani
argumento, quod sic lapis ille, de monte avulsus, crescere
non potuisset, & totum orbem implere. Hinc ita ibi-
dem ratiocinatur: Per adventum Christi, cuius memi-
nit Daniel, debuit suscitari eius regnum aeternum in
mundo. Sed per adventum ad judicium regnum hoc non
suscitabitur, sed consummabitur. De primò ergò adven-
tu Christi Daniel Propheta dixit.

22. Ut autem uterque hunc 44. versum de pri-
mo Christi adventu tantum intelligit: ita quoque
sequentia ejusdem commatis verba (committunt au-
tem & consumet universa regna hec) non de totali
omnium quatuor regnorum interitu, sed de poten-
tiā & virtute interpretatur. Nam ita Dn. Martinus
Titius pag. 13. Quicunque verba ita accipienda esse exi-
stunt, ac si Christi regnum quartam Monarchiam
prorsus abolere debeat, propositi sunt interpretes.

23. Idem eadem paginā: Existimo itaque, hanc
veram sanctissimi Propheta mentem esse, Christi
videlicet regnum potentia & virtute suā superaturum
B 2

& con-

& contritum omnia illa regna, qua se se Christo ejus
Evangelio opposuerint; quod Psalmo 2. v. 9. dicitur ad
Christum: Conteres eos virgā ferreā, quasi vas sigilli
confringens eos. Idem pag. 14. Hoc Christi, regnum, de
quo agit Daniel c. 2. circa illud, quod in regnis illis di
vinum est, versabitur, hoc est, pravam regnorum isto
rum fidem & religionem evertet. Divinum hoc τε
Georγpōtē opus temporibus quartiregni reservatum fuit,
percusit enim lapis imaginem ad pedes ejus. Quæ fer
mè omnia Titius ex Polano mutuo sumvit.

24. Omnibus, quæ à Polano Titioque nobis oppo
nuntur, ordine faciemus satis. Major secundi Pola
ni Syllogismi corrigenda hunc in modum erit:
Illiū est quartum regnum apud Daniolem, quod advent
ū Christi in carnem florebit, & adventū Christi ad ju
diciū prorsus abolebitur. Utrumque prædicatum in
Daniele exstat. Prius disertè dicitur v. 44. & 45. Utro
bique de adventu Christi in carnem agi, etiam ad
versarii fatentur.

25. Christum esse lapidem illum à monte abs
que manibus avulsum, nullā indiget probatione,
& Cyprianus lib. 3. adversus Judæos idipsum demon
strat. Quando dicitur, quod lapis à monte avel
latur, his verbis temporalis Christi secundum huma
nam naturam nativitas designatur. Mons est gens
Israelitica, ut Augustinus tract. 9. in Johannem & in
epist. Joban. tract. 1. censem, idque ex Psal. 51. planum
facit, ubi Abrahamus rupi ac petræ assimilatur, ex
quæ Israelitæ sint excisi, & ex quæ Christus etiam sit
natus secundum carnem.

26. Lapis iste absque manibus abscessus dicitur,
eo quod modus nativitatis Christi prorsus ineffabi
lis

lis sit. Natus enim est ex virgine; sine virili semine. De eodem v. 35. dicitur, quod factus fuerit mons magnum; & impleverit universam terram; partim suâ omnibus in locis præsentia, partim collectione Ecclæsia in omnibz terræ partibus. Ita explicant omnes, quantum scio, Theologi, cum primis *Gesnerus* in disput. super *Danielem Prophetam* habitis. Romanum autem imperium adventu Christi in carnem flore re cepisse, ac sub Trajano demum latissimè patuisse *Appianus* & *Sextus Rufus*, Historici, tradunt; i demque ex cap. 2. *Luca* patet.

27. Posteriorius hujus propositionis prædicatum, scil. quando dicitur, quod quartum regnum adventu Christi ad judicium abolendum prorsus sit, reperi te est in aliquot *Danielis* locis; quæ in disput. priori thesi 7. & 49. adducta à nobis sunt. Ex his, quid ad reliqua respondendum sit, cuilibet in Logicis aliquo modo exercitato innoteſcit.

28. Hinc ita argumentamur; *Quodcumq; regnum durabit usque ad ultimum diem, ibidemque comminuetur, illud prorsus abolebitur.* Nam ut mundus secundum substantiam interibit: ita quoque omnia, quæ sunt in mundo, adeoque etiam quarta Monarchia totaliter peribit. Minor est ipsius *Danielis* cap. 2. v. 35. & 45. & cap. 7. v. 9. & seq. Ergo quartum regnum in adventu Christi ad judicium prorsus abolebitur.

29. Idem lapis ante ultimum adventum comminuit reliqua mundi regna, quod certas iisdem determinaverit periodos, quibus exactis, propter hominum peccata, à populo uno ad alium translata sunt. Ut autem Christus priora illa imperia, ob ho-

minum impietatem, evertit: ita postremam Monarchiam in die novissimo abolebit plane.

30. Quod ipsum ut melius percipiatur, distinguimus inter comminutionem, seu deletionem contenti, id est, hominum ipsorumque potentia & gloria, & inter deletionem contenti & continentis simul, hoc est, hominum & terre, in qua homines habitant. Contentum deletur, quando majestas regni ab uno populo ad alium transfertur; continens autem & contentum simul, quando una cum mundi habitatoribus ipsa terra deletur. Illud fit in prioribus tribus regnis; hoc vero in quarto atque ultimo, quando divina virtute totus mundus in nihilum redigetur.

31. Utrumq; distinctionis membrum in Danieli suum habet fundamentum. Prius exstat cap. 2. 7. & 8. Danielis, posterius cap. 2. & 7. Capite septimo mentio fit quatuor bestiarum, hoc est, quatuor regnum, seu Monarchiarum, scilicet leonem, ursi, pardum & quartae bestiae, nomine carentis, ita ut omnes quatuor aliquid patientur humani. Leonem evelluntur a Daniel. 7. v. 4. Ursus, seu aries, prosternitur ab birco, cap. 8. v. 7. Cornu insigne hirci frangitur, cap. 8. v. 21. & bestia quarta interficitur. Quibus loquendi formulis indicatur, interprete Daniele cap. 7. v. 22. quod potestas ab illis regnis fuerit ablata. Hic interit potestas & omnis gloria una cum imperantibus, hoc est, contentum, sed non continens. id est, terra. Posterioris distinctionis fundamentum habemus cap. 2. v. 35. & 45. ut & cap. 7. v. 9. & seq.

32. A Polano transimus ad Titium. Titius primò negat, hanc exceptionem Cverba Danielis de ultimo adven-

adventū Christi, qui erit ad judicium, intelligenda sunt) esse nostram. Dieimus, hanc exceptionem esse Danielis, Patrum & nostrorum Theologorum. Nos autem hunc Danielis textum non tantum de ultimo adventu, sed etiam de primo interpretamur. Ultimo Christi adventui adscribimus totalem omnium regnum interitum, primo magnum quarti regni auge mentum, sub quo natus est Christus, suumque, ut loquitur Daniel v.44, suscitavit regnum. Ad quæ verba noster Osiander in glossâ marginali hæc addit: *Vaticinium est de spirituali Regno Christi, quod etiam durantibus quatuor illis Monarchiis erigi caput. Genueris noster in præsentem Danielis locum hunc in modum scribit: Attribuitur ei, id est, Christo regnum eternum, quod hic inchoat per verbum & sacramenta, in vitâ autem eternâ consummabit.*

33. Idem postea nostram sententiam refutat. Syllogismus ipsius à nobis ciratur thesi 21. Eundem Titii Syllogismum ita proponimus: *Omnis iste adventus, cuius meminit Daniel, est talis, quo debet suscitat Christi regnum in mundo. Sed adventus Christi ad judicium non est talis, quo debet suscitat Christi regnum in mundo, sed consummari. Ergo adventus Christi ad judicium non est talis, cuius meminit Daniel: Et per consequens de primo adventu Christi Daniel Prophetæ tandem dixit.*

34. Ita Syllogismus in formâ est bonus, sed malus in materiâ. Major enim est falsissima, cum Daniel Prophetæ, ut probavimus, de utroque adventu agat. In primo adventu Christi regnum magis suscibetur, in secundo vero consummabitur.

35. Reli-

35. Reliqua, quæ Titius ex Polano desumfit, sponte cadunt. Concedimus de Christi regno, quod in primo adventu potentia & virtute suâ superaturum & contritum omnia illa regna sit, quæ sese Christo ejusque Evangelio opponant. Quod autem Daniel de tali comminutione agat, eandemque primariò intendat, planè negamus.

36. In vocibus nihil est subsidii. Danielis 2. v. 44. extat verbum פְּלִנֵּה, comminuetur: quod verbum comminutionem significat, qualis rei minutissima est: ut pulveris Deut. 9. v. 21. Exod. 32. v. 20. 2. Reg. 23. v. 15. fusilium, quorum forma annihilatur 2. Par. 34. v. 4. sic & sculptilium ibidem v. 7. Jam prout pulvis & testæ nihil repræsentant eius, quod antè fuerat, ita in hoc Danielis loco totalem abolitionem verbum notat. Indè vocabulum פַּתָּה tenue, minutissimum significat, quod Esa. 40. v. 15. Targum per paleam., Rabbi David Kimchi per pulverem ex Esa. 29. v. 5. reddit. Deindè habetur ibi verbum פְּדָו, consumere: quod ita consumere significat, ut finem rei imponat, & eam totam tollat. Hæc enim ejus significatio est in Hiphil. Locus ex Psalmo 2. v. 9. à Polano Titioque adductus planè alienus est. Habetur ibi verbum פְּשָׁר, quod confringere notat, sicut fistile frangitur, quale vas refici nequit quod seq. docent. Sic Ab. Esra Confer. Jer. 16. v. 12.

37. Secundò, pergit Polanus p. 105. quartum regnum statim simul duo crura habere, id est, in duo regna divisum esse debuit, & à duabus familias administrari: id de Romanâ Monarchiâ dici nequit. Nam quod post Constantium Magnum divisa fuit Monarchia non in duas illa, sed in tres partes divisa fuit: quemadmodum

dum tres filios Constantinus Magnus reliquerat: sub Iuliano Apostata, sub Joviano & aliis Imperatoribus Monarchia rursum penes unum fuit: longo demum tempore post in Orientis & Occidentis imperium equaliter divisum est.

38. Regnum quartum statim simul duo crura debuisse habere, id est, in duo regna divisum a duabus familias administrari, in Daniele nunquam extat. Si sic colligere liceret, ut Calvinistæ colligunt, tunc eodem modo possem inferre, quod quartum regnum statim simul, ut Polanus loquitur, debuerit esse regnum firmum & infirmum. Nam statua Danielis statim simul habuit pedes & digitos partim ex ferro, partim ex luto figuli.

39. Sed paulo diligentius ipsa crurum, pedum & digitorum, quibus quartum regnum a Daniele depingitur, consideranda nobis descriptio est. Principio crura sunt ferrea: quo elemento robur, durities & sevit ia Romanorum innuitur. Ut ferrum omnia comminuit, ita etiam Romanum imperium.. Omnia quatuor regna, in quæ Alexandri M. Monarchia divisa fuit, victoriis Romanorum cesserunt. Nam Aegyptum Augustus, superata cum Antonio ad Actiacum promontorium Cleopatræ, ultimam ex familia Ligidarum Aegypti reginam, in provinciam formam rededit. Ex Asia, Ponte, Armeniâ, Paphlagoniâ, Cappadociâ, Ciliciâ, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberis Insulâ Cretâ & Bæsternis Pompejus Magnus triumphavit. Denique Macedonicum regnum, Perse, Macedonum rege, una cum filiis, Philippo & Alexandro, captis & in triumpho ductis, Paulus Aemilius Romanorum imperio adjecit. Hunc in modum, quicquid fuerat Monarchia Græcæ, Romanis subjectum fuit.

C

40. Dein-

40. Deinde duo sunt crura ferrea: quibus Orientis & Occidentis imperium fuisse significatum, à vero non est alienum. Quod verò pedes partim ferrei, partim sunt testacei, sive unà cum suis digitis luto permisti, de civilibus Romanorum bellis, me judge, non sinistrè exponunt. Varia populi Romani certamina & cum Senatū & inter se nota omnibus sunt. Intestinum Catilinæ bellum. *Salustius* describit. Quid Sertorius egerit, neminem latet. Quomodo se mutuò laniarint bellis quam plurimis Marius & Sylla, Julius Cæsar & Pompejus Magnus, Augustus & Antonius, Otto denique, Galba, Vitellius & Vespasianus, historiæ satis superq; loquuntur. Ideoq; lutei fuerunt Romani, id est, infirmi, ut interim, aliquid ferri, h. e., vires imperio tanto dignas retinuerint. Hoc ipsum vult *Daniel v. 34.*

41. Quod tandem subjicit *Daniel v. 42.* digitos partim ferreos, partim testaceos denotare regnum quandoque robustum, quandoq; infirmum & fragile, id eventus probat. Nam Romani nunc extiterunt victores, nunc victi fuerunt. Galli Senones ipsum Capitolium occuparunt. Pyrrhus gravi Romanos percussit bello. Eosdem ad Trebiam & Trasimenum fudit Hannibal, & ad Cannas prope modum excidit. Cimbrium bellum, ut *Orosius* habet, plus terroris Romæ, quam omnia Punica bella, incusit. Crassus vincitur à Parthis, delentur legiones, ipsæmet diripiuntur aquilæ. Varus, imperante Augusto, unà cum tribus legionibus à Germanis occiditur.

42. Conspicua præterea fuit ejusdem imperii fragilitas post obitum Constantini Magni, tempore Theodosii Magni, & cùm plurima regna ab eodē deficerent,

cerent, nonnullæq; barbarorum irruptiones fierent.
Vandali namque, Hunni, Alani, Gothi, Franci, Svevi,
Longobardi, Saraceni aliiq; populi Imperium dila-
cecáreunt miserè. Et quamvis iudicem sapienter repressi,
multi etiam dejecti penitus fuerint, omnes tamen
vinci non potuerunt, usq; dum Carolus M. magnam
occidentis, ab imperatoribus Constantinopolitanis
deserti, partem iterum conjunxit, & Germanorum
dynastiam excitavit.

43. Carolum M. multi fortissimi imperato-
ret, multi etiam imbecilles secuti sunt; qui imperi-
um, valde distractum, quod hodiè intra angustos
Germanorum terminos includitur, tenuis magni
corporis umbra, ad pristinam dignitatem reducere
non potuerunt. Hac ratione fragile est imperium,
graviter concussum afflictumq; ferreum tamen fir-
mumque. Nam plantarium ferri, ut Daniel v.41. ait,
retinebit, ut nemo illud ante ultimum diem destru-
eturus penitus sit.

44. Ex his contra Calvinistas ita colligimus: Quæ
quartæ Monarchiæ descriptio suum complementum
magis in Romano imperio, quam in aliis consequi-
tur, ea melius de eo, quam de aliis exponitur. Verum
quartæ Monarchiæ descriptio apud Danielém cap. 2. suum
complementum magis in Romano imperio, quam Seleuci-
darum & Lagidarum regno consecuta est. Ergo quartæ
Monarchiæ descriptio apud Danielém c. 2. melius de eo,
quam de hoc exponitur.

45. Tertio, ait Polanus, familie illæ quartū regnū inter
se divisum administrantes coniugiis coalescere, & alterna-
terius regnū per connubia ad se transferre conatura erat:
at tale nihil in Romana Monarchiâ factum: nec fieri po-
tuit:

*suit: cùm familia plures idem regnum semper adminis-
trarint.*

46. Duo eademq; maxima committit in his pau-
cissimis lineis peccata Polanus. Nam primò ex textū
Danielis excuspsit falsa, & deinde fidem historicam
negat. Falsa, quæ præsupponit, duo sunt. Audacter
enim dicit, hic fieri mentionem duarum familiarum,
quartum regnum inter se divisum administrantium,
quòdq; familia familiarum per conjugia regnum alte-
rius ad se transferre conatura sit. Neutrum dicitur.
Hoc autem prædictit Daniel, quòd quarti regni prin-
cipes per connubia nonnunquam præsidia quæstori
sibi sint & amicitiā, sed infirmam. Commiscebuntur qui-
dem, dicit *Daniel* v. 43, *humano semine, sed non adber-
bunt sibi, sicuti ferrum miseri non potest teste.*

47. Verba Polani huic includi Syllogismo pos-
sunt: Omne id, quod appellatur regnum quartum, illud
inter se divisum due familie administrant, conjugis coa-
lescent, & altera alterius regnum per connubia ad se trans-
ferre conatur. Sed Romana Monarchia non est tale re-
gnum, quod inter se divisum due familie administrant,
conjugis coalescent, & altera alterius regnum per con-
nubia ad se transferre conatur. Ergo Romanum impe-
rium non est id, quod *Danielis* 2. appellatur regnum
quartum.

48. Ita Syllogismus est in secunda figura, & in
secundo ejusdem figuræ modo, adeoque in forma
bonus. Num autem *Polanus*, *Bodinus*, ipsiusq; socii
in Logicis tantum possint, ut rem suā naturā diffici-
lem proponant Logicè, dubito. Nam tersè loquun-
tur, sed malè ratiocinantur. Quām sàpè in Logicam
impingant, infra sub finem ostendam. Parturiust
montes

montes, nascetur ridiculus mus. Major propositio est falsa in materiâ, cùm ex falsis principiis ortum trahat. Nam *Polanus* ipsiusque assertorë præsupponunt, idque falsissimè, quòd quartum Danielis regnum in duo regna statim dividendum, & à duabus familiis administrandum conjunctim sit. Utrumque esse falsum, *extensis* 46. videre est.

49. Contra fidem historicam peccat *Polanus*, dum negat, fœdera fuisse inita inter Romanæ Monarchiæ proceres, intervenientibus conjugiis ad fœdera illa firmanda. Est profectò audax pronunciatum, tantoque viro indignum. Ex antiquis historiis unum repetam, recentiora mox additurus. Julius Cæsar collocaverat filiam suam Julianam Pompejo Magno, èaque defunctâ, ad retinendam necessitudinem Pompeji, Octaviam, sororis suæ neptem, quæ C. Martello nupta erat, detulerat, sibiique Pompeii filiam, Fausto Syllæ destinatam, in matrimonium petierat. Hæc *Suetonius in Cesare*. Eandem ob causam, Octavia, referente *Plutarcho in vita M. Antonii*, Augusti soror, collocatur Marco Antonio, ut amicitia inter ipsos retineatur integra. Sed hæc inter summos viros contracta affinitas in cruentum evasit bellum, utrique parti supra modum exitiale. Cæsar enim, Pompeo in campis Pharsalicis vîto, fugientem persequi non desit priùs quam jugulatus esset. Antonius, repudiata Octaviâ, optimâ fœminâ, duxit postea Cleopatram, Ægyptiorum reginam, cumque eadem periit ab Augusto superatus.

50. Hujus luteæ amicitiae exempla videre licet in quibusdam familiae Austricæ imperatoribus,

qui se affinitate ac fœderibus cum regibus Galliæ, Angliæ & Hispaniæ, qui nec amplius Romano Imperio verè adhærent, nec tamen omnino ab eodem separati sunt, munierunt. Maximilianus I. & Carolus V. Imperatores omnes fermè Europæ principes affinitate devinxerunt sibi. Quam firma autem & constans illa fuerit, rerum historicarum peritis abundè constat. Carolo VIII. Galliæ regi, despondetur Margareta, filia Maximiliani. Mox eadem repudiatur, & Anna, filia & hæres Francisci II. Dux Britanniarum, & Maximiliani sponsa, rapitur. Quo compendio Carolus Britanniam Galliæ adjecit regno.

51. Heinrico VIII. Angliæ regi, nupserat Catharina, Caroli V. materterea, filia Ferdinandi, Hispaniarum regis. Quod conjugium non regnorum unio, quam expectabant, sed summa eorundem exacerbatio exceptit, magnaque florentis potentia ac fortunæ Cæsar is invidia. Hinc gravissimum illud incendium subsecutum fuit, quo Anglia penè universa desflagravit, Gallia afflita miserè fuit, & Germania atque Hispania, vicina regna, vehementer æstuarunt.

52. Cum pax inter Carolum V. Cæsarem & Franciscum I. Galliæ regem fieret, mox eadem firmitabatur non solum obsidibus, fide & pollicitationibus, sed quoque matrimonio Leonoræ, sororis Caroli V. Cæsaris, Gallorum regi elocata. Sed mox bellum, valdè funestum, inter hos principes recrudescit, tantâ animorum contentione, tantisque geritur odiis, ut vix armis, nullâ certe verborum atrocitate abstinuerint inter se. Hæc omnia annotat Reusnerus in q. illustribus 5.

53. Hæc

33. Hæc est illa inutilis pedum digitorumque partim ferreorum, partim luteorum permisio. Et quanquam hoc ipsum quoque de Aegyptiacorum & Syriacorum regum affinitatibus pronunciari possit (pacem enim & foedera non raro initafuerunt inter Lagidas & Seleucidas, intervenientibus conjugiis ad foedera illa firmandam) tamen huius quoque vaticinii complementum magis manifestum magisque frequens in historiâ Romanâ est, ut satis mirari non possim, quid Polanum aliquosque commoveat, quod tam inconsideratè scribant, tale nihil in Romanâ Monarchiâ factum.

34. Unicum adhuc nobis corrigendum hic loci erit in Dn. Martino Tito, quipag. 21. dicit, semalite missonem hanc exponere de Cn. Pompeio & Julio Cæsare, deinde de Octavio Augusto & M. Antonio, quam de Austriae Archiducibus. Rationem ibidem addit sequentem: Sequitur enim protinus in verbis Daniellis: Porro temporibus istorum Regum. En temporibus istorum Regum ait Prophetæ. Certum autem est, Christum Dominum natum esse sub Cæsare Augusto.

35. In hoc Titii argumento nullum esse majoris termini cum minore nexum, liberè pronunciamus. Nulla enim est sequela: Christus natus est in diebus regnum istorum, v. 44. id est, ut explicant, primorum quartæ Monarchie imperatorum nempe sub Augusto.: Ergo verba, qua v. 43. immediate preceduntur, aguntque de commissione humani seminis, etiam de iusdem principiis, qui circa illud tempus vixerunt, sunt accipienda. Ut enim id quando dicitur, quod hoc quartum regnum ex parte sit solidum, ex parte con-

tritum) non tantum de hujus Monarchiæ primis principibus, sed etiam iis, qui post hos vixerunt; intelligi, secundum plurimorum sententiam, debet: ita quoque hæc commissio humani seminis non ad priores, sed posteriores quoque huius regni imperatores accommodari commodè potest. Imò, si nostro Osiandro adhærendum, cui hoc quartum regnum circa finem erit ex parte validum, & ex parte fragile, malumus hanc missionem de ultimis, quām primis, interpretari.

56. Quartò, pergit Polanus pag. eadem, regnum illud quartum durare debuit usque ad Christi adventum: at si intelligendus sit ultimus Christi adventus, falsa deprebendetur predicitio Danielis, quia utrumque Imperium & Orientis & Occidentis est destructum, in Oriente succedente Turcico, in Occidente Papano regno. Romana Monarchia adventu Christi non est deleta. At quartum regnum Danielis adveniente regno CHRISTI debuit planè deleri v. 34. 35. Ergò quartum regnum Danielis non est Romana Monarchia. Romana Monarchia planè deleta non cresceret denum regnum Dei: quia hoc nullibi scriptura docet. At quarto regno planè deleto debuit magnis augmentis crescere regnum Christi v. 35. Ergò quartum regnum Danielis non est Romana Monarchia.

57. Ad hæc tria Polani argumenta responsuri ordine sumus. 1. est tale: Regnum illud quartum, durare debet usque ad CHRISTI adventum, scilicet non in carnem, ut Polanus vult, sed ad judicium, ut supra probavimus. Minor Polani est hæc: Romana Monarchia non debet durare usque ad Christi adventum. Ratio Polani est; quia utrumque imperium est destratum. Nos negamus, quod Romanum imperium in

in Occidente omnino jam destructum sit. Huius enim axiomata Romani habent. Ergo prædictio Danielis non deprehenditur falsa.

58. Secundum Polani Syllogismum ita formamus: Omne, quod est Romana Monarchia, illud non debet deleri adventu Christi, scilicet in carnem. Nam Christus venit, Monarchia autem quarta non est deleta. Sed quartum regnum Danielis debet deleri adventu Christi, nempe ad judicium. Citat Polanus v. 34. & 35. ex quibus adventum Christi probat. Ita has propositiones esse limitandas, ex thesibus superioribus liquidum est. Versus, quos Polanus citat, utrumque Christi adventum tunc in carnem, tunc ad judicium explicant. Nam v. 34. mentio fit lapidis abscessi sine manibus, id est, Christi nativitatis, & quod iste lapis percerserit statuam: quod ipsum fieri in ultimo die suprà probavimus prolixè. Versus autem 35. dicitur, quod tunc, scilicet postquam lapis percerserat statuam, contrita sint pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in favillam æstiva area, id est, in nihilum, quodque lapis factus sit mons magnus, & impleverit universam terram. Priora verba de ultimo die, posteriora de Christi omnipræsentia & collectione Ecclesiæ esse capienda, suprà ex Theologis monuimus.

59. Tertium Polani argumentum, miserè ab eodem formatum, hoc modo proponimus: Omne id, quod Daniel. 2. est quartum regnum, est tale, post cuius deletionem regnum Christi debet magnis augmentis crescere, v. 35. Sed Romana Monarchia non est tale regnum, post cuius deletionem regnum Christi debet ma-

D

gnis

gnis argumentū crescere: quia hoc, ait Polanus, nullibi
scriptura docet. Ergo Romana Monarchia non est id,
quod Danielis 2. est quartum regnum. Responde-
mus, hanc majorem Polani propositionem in Dani-
elis v. 35. quem citat, non esse reperiendam. Vis er-
go textui & reliquis S. S. locis infertur.

60. Quinto, (verba sunt Polani pag. aliquoties
citatā) quia cum hoc prædictio deinceps procedente tem-
pore à Daniele magis ac magis clarissimè explicata sit, cap.
7. 8. & 11. quartum hoc regnum de Romana Monar-
chia nusquam accipitur.

61. Respondeamus tūm concedendo, tūm negan-
do. Concedimus, quod eadem prædictio à Daniele
cap. 7. exposita sit, quodque per eandem, ut in ap-
pendice his duabus disputationibus adnectenda, de-
monstrabimus, Romanorum Monarchia sit præfigu-
rata. Negamus, caput 7. de quartā Monarchiā va-
ticipinari, sed de tertiā, quæ Alexandri M. fuit, & hu-
ius ducum, Antiochi cumpromis sævitia, innumeris-
que populi Iudaici calamitatibus. Capite autem II.
Seleucidarum & Lagidarum motus prædicuntur:
quorum régum nulla planè in hoc secundo Danie-
lis capite sit mentio.


62. Sexto, ait Polanus, quia Romani de regno
Babylonico nihil obtinuerunt, excepta Aegyptio & Syriâ
& de regno Persico duntaxat unicam provinciam, nempe
Asiam minorem. At liber Esfera cap. n. v. i. & capo
8. v. 9. & Herodotus testantur, imperium Persicum cen-
tum & viginti septem provincias complexum suisse ab
India usque ad Aethiopiam. Partibz, quorum reges se-
appellabant, ut Dion testatur, reges regum, plerasque
omnes.

omnes provincias tenuerunt, ipsam etiam Babylonem,
Et quemadmodum Iustinus ait, à Romanis trinis bellis,
per maximos duces florentissimis temporibus lacefitti, solum
ex omnibus gentibus, non solum pares, sed etiam victo-
res fuerunt.

62. Nulla iterum hic est consequentia. Non
enim sequitur; Romani de regno Babylonico nihil fer-
mè obtinuerunt, de Regno Persico unicam duntaxat pro-
vinciam, Partibi à Romanis lacefitti non solum pares, sed
etiam victores fuerunt: Ergò Romani non habent quartam
Monarchiam. Nam ex falso principio oritur,
quasi regnum quartum omnes Babyloniorum, regi
Nebucadnezari subiectas, ditiones, quas postea etiam
Medi & Persæ occuparunt, obtinere debuerit. Fal-
sissimum hoc est præsuppositum, cùm summa qua-
tuor mundi imperia, à Daniele prædicta, ad certum
quendam locum, extra' quem nulla Monarchia esse
possit, alliget. Tantum de Polani argumentis, con-
tra caput 2. Danielis objectis. Cætera,
qua' restant, appendix
affert.



1. In der Zeit der Kaiser und Könige
2. Und der Fürsten und Prinzen und Herzöge
3. Und der Grafen und Barone und Freiherren
4. Und der Ritter und Edelleute und Adeligen
5. Und der Leute und Dienstboten und Knechten
6. Und der Dienstmägden und Dienstmägden
7. Und der Dienstboten und Dienstboten
8. Und der Dienstboten und Dienstboten
9. Und der Dienstboten und Dienstboten
10. Und der Dienstboten und Dienstboten
11. Und der Dienstboten und Dienstboten
12. Und der Dienstboten und Dienstboten
13. Und der Dienstboten und Dienstboten
14. Und der Dienstboten und Dienstboten
15. Und der Dienstboten und Dienstboten
16. Und der Dienstboten und Dienstboten
17. Und der Dienstboten und Dienstboten
18. Und der Dienstboten und Dienstboten
19. Und der Dienstboten und Dienstboten
20. Und der Dienstboten und Dienstboten
21. Und der Dienstboten und Dienstboten
22. Und der Dienstboten und Dienstboten
23. Und der Dienstboten und Dienstboten
24. Und der Dienstboten und Dienstboten
25. Und der Dienstboten und Dienstboten
26. Und der Dienstboten und Dienstboten
27. Und der Dienstboten und Dienstboten
28. Und der Dienstboten und Dienstboten
29. Und der Dienstboten und Dienstboten
30. Und der Dienstboten und Dienstboten
31. Und der Dienstboten und Dienstboten
32. Und der Dienstboten und Dienstboten
33. Und der Dienstboten und Dienstboten
34. Und der Dienstboten und Dienstboten
35. Und der Dienstboten und Dienstboten
36. Und der Dienstboten und Dienstboten
37. Und der Dienstboten und Dienstboten
38. Und der Dienstboten und Dienstboten
39. Und der Dienstboten und Dienstboten
40. Und der Dienstboten und Dienstboten
41. Und der Dienstboten und Dienstboten
42. Und der Dienstboten und Dienstboten
43. Und der Dienstboten und Dienstboten
44. Und der Dienstboten und Dienstboten
45. Und der Dienstboten und Dienstboten
46. Und der Dienstboten und Dienstboten
47. Und der Dienstboten und Dienstboten
48. Und der Dienstboten und Dienstboten
49. Und der Dienstboten und Dienstboten
50. Und der Dienstboten und Dienstboten
51. Und der Dienstboten und Dienstboten
52. Und der Dienstboten und Dienstboten
53. Und der Dienstboten und Dienstboten
54. Und der Dienstboten und Dienstboten
55. Und der Dienstboten und Dienstboten
56. Und der Dienstboten und Dienstboten
57. Und der Dienstboten und Dienstboten
58. Und der Dienstboten und Dienstboten
59. Und der Dienstboten und Dienstboten
60. Und der Dienstboten und Dienstboten
61. Und der Dienstboten und Dienstboten
62. Und der Dienstboten und Dienstboten
63. Und der Dienstboten und Dienstboten
64. Und der Dienstboten und Dienstboten
65. Und der Dienstboten und Dienstboten
66. Und der Dienstboten und Dienstboten
67. Und der Dienstboten und Dienstboten
68. Und der Dienstboten und Dienstboten
69. Und der Dienstboten und Dienstboten
70. Und der Dienstboten und Dienstboten
71. Und der Dienstboten und Dienstboten
72. Und der Dienstboten und Dienstboten
73. Und der Dienstboten und Dienstboten
74. Und der Dienstboten und Dienstboten
75. Und der Dienstboten und Dienstboten
76. Und der Dienstboten und Dienstboten
77. Und der Dienstboten und Dienstboten
78. Und der Dienstboten und Dienstboten
79. Und der Dienstboten und Dienstboten
80. Und der Dienstboten und Dienstboten
81. Und der Dienstboten und Dienstboten
82. Und der Dienstboten und Dienstboten
83. Und der Dienstboten und Dienstboten
84. Und der Dienstboten und Dienstboten
85. Und der Dienstboten und Dienstboten
86. Und der Dienstboten und Dienstboten
87. Und der Dienstboten und Dienstboten
88. Und der Dienstboten und Dienstboten
89. Und der Dienstboten und Dienstboten
90. Und der Dienstboten und Dienstboten
91. Und der Dienstboten und Dienstboten
92. Und der Dienstboten und Dienstboten
93. Und der Dienstboten und Dienstboten
94. Und der Dienstboten und Dienstboten
95. Und der Dienstboten und Dienstboten
96. Und der Dienstboten und Dienstboten
97. Und der Dienstboten und Dienstboten
98. Und der Dienstboten und Dienstboten
99. Und der Dienstboten und Dienstboten
100. Und der Dienstboten und Dienstboten



Ung. VI 215


ULB Halle
001 923 099

3



TA → OL

VD 17 Z



B.I.G.

Farbkarte #13



IO POLITICA
TERIOR
DE
or summis

orbis terrarum
periis,

quam

S I D E

WENDELERO,
Profess. Publ.

cè proponit

HENTSCHEL,
N E N S I S ,

*V X I I . Septembr.
in Auditorio majori.*

EBERGÆ,
HELMI FINCELIX.
I DC LV.